



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

V. Vt nullus episcopus sibi eligat successorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

III.

Inscii quoque literarum , nec non & aliqua
membrorum damna perpetrissⁱ , & hi qui ex pœ-
nitentibus sunt , ad sacros ordines aspirare non
audeant. **Quisquis** talium consecrator extiterit , fa-
ctum suum ipse dissoluet.

IV.

Sed & quod quis commisit illicite , aut a deces-
soribus suis inuenit admissum , si proprium peri-
culum vult vitare , damnabit : nos enim in nullo
volumus seueritatem vltionis exercere. Sed qui in
causis Dei vel contumacia , vel in aliquo excessu
deliquerit , aut ipse quod perperam fecit , abolere
noluerit : in se , quidquid in * alium non refecarit ,
inueniet. **Quod** vt deinceps possit tenacius custo-
diri , si placet , sententias , causas & subscriptiones
proprias omnes commendate , vt synodali iudi-
cio auditus claudatur* illicitis. Ab vniuersis episco-
pis & presbyteris acclamatum est : Exaudi Christe ,
Hilaro vita : dictum est sexies. Hæc & confirma-
mus , & hæc docemus : dictum est octies. Hæc te-
nenda sunt , hæc seruanda sunt : dictum est quin-
quies. Doctrinæ vestræ gratias agimus : dictum est
decies. Ista vt in perpetuum seruentur , rogamus :
dictum est quindecies. Ista per sanctum Petrum ,
vt in perpetuum seruentur , optamus : dictum est
octies. Hæc præsumptio nunquam fiat : dictum
est decies. Qui hæc violauerit , in se inueniet : di-
ctum est septies. Et facto silentio , Hilarus epi-
scopus dixit.

V.

Præterea fratres , noua & inaudita (sicut ad nos

Rrr iii

missis de Hispaniis epistolis, sub certa relatione per-
uenit) in quibusdam locis peruersitatum semina

ANNO
CHRISTI
465.

subinde nascuntur. Denique nonnulli episcopatum , qui non nisi meritis præcedentibus datur , non diuinum munus , sed hereditarium putant esse compendium : & credunt , sicut res caducas atque mortales , ita sacerdotium , velut * legali aut testa-

* legato-
rio

S. q. i. c. Ple-
riique sacer-
dotes.

mentario iure , posse dimitti. Nam plerique sacer-
dotes in mortis confinio constituti , in locum suum
feruntur alios designatis nominibus subrogare : vt
scilicet non legitima exspectetur electio , sed defun-
cti gratificatio pro populi habeatur assensu. Quod
quam graue sit , æstimate. Atque ideo , si placet ,
etiam hanc licentiam generaliter de ecclesiis aufe-
ramus , ne (quod turpe dictu est) homini quisquam
putet deberi , quod Dei est.

Vt autem , quod ad nos prolatum est , ad vestram
etiam possit peruenire notitiam , Hispanorum fratrum
& coepiscoporum nostrorum scripta legantur. Paulus
notarius recitauit.

EPISTOLA I.

TARRACONENSIVM EPISCOPORVM AD HILARVM , IN CONCILIO LECTA.

Rogant ut Hilarus papa Irenæum episcopum , quem
Nundinarius episcopus de ecclesia bene meritus testa-
mento suo in Tarragonensi ecclesia successorem de-
signauit , confirmet , deque Siluani episcopi facto sen-
tentiam suam rescribat.

*Beatissimo, & apostolica reverentia a nobis in Christo colendo
pape Hilario, Ascanius & uniuersi episcopi
Tarragonensis prouinciae.*

QVAM curam apostolatus vester de prouinciarum
fuarum sacerdotibus gerat , filio nostro illustri Vin-